



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

III. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt der Stadt Beeskow ihre Rechte
und Freiheiten, am 31. März 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

III. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt der Stadt Beeskow ihre Rechte und Freiheiten,
am 31. März 1321.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis amen. Rudolphus, d. g. dux Saxonie, Angharie, Westl., Comes in Bren, necnon Burchgrauis in Maygdeburch — Nouerint — presentes et sciant posteri, Quod nostre Ciuitati Befekowe et omnibus Ciuibus nostris et in futurum inibi residentibus omnia eorum iura Consuetudines et proprietates, quas ab antiquis temporibus ab eorum dominis videlicet illis de Strelle bone memorie habuerunt, damus et donamus ac approbando confirmamus, prout predicti ciues cum eorum possunt litteris super hiis confectis lucidius edocere. Prefertim volentes nostram predictam Ciuitatem Befekowe ac nostros Ciues predictos gracia prosequi vberiori et fauore dantes eisdem quod coram sculteto de inpetendis quibusslibet debent et non coram nostro aduocato secundum iuris formam respondere, quemadmodum fecerunt ab antiquo. Insuper recognoscimus manifeste, quod nostram Ciuitatem Befekowe a nobis et nostris heredibus nequaquam per venditionem aut obligacionem vel alio modo quocumque volumus alienare, sed eam magis nobis et nostris heredibus conseruando hereditaliter retinere ac dicte Ciuitatis monetam cum Luccouiensi ac Gubinenfi moneta in denariorum valore conseruare volumus fore vnam. Donamus etiam ex nostre magnificencie plenitudine predictis nostris ciuibus quod absque omni impedimento et precio argillam in argillorum foueis fodere et deducere possunt licite ad suos vsus et ad eorum edificia construenda ita quod per argille fossionem agros vicinos non destruant nec offendant. Preterea quicumque ciuis dicte nostre ciuitatis aliqua emerit Bona feodalia, illi predicta volumus conferre primo gratis bona et si ea vltorius alteri vendiderit Ciui Ciuitatis eiusdem, pro talium bonorum collacione secundum quod alii nostri Ciues facere solent faciet talis emptor. Ceterum inhibemus districte, quod nulla debent deduci ligna combustibilia ab aliquo deinceps iuxta dictam nostram Ciuitatem per aque defluxum: quicumque vero ea deduxerit contra nostram magnificenciam se nouerit grauiter deliquisse —. Testes huius donacionis sunt Dominus Nicolaus, prepositus in Bernowe, Albertus et hinricus de Aluenfleue, Peczko de Loffzowe, Thidericus Greptitz, Hinricus de Kokeritz, hermannus de Wolkowe, Loserus, milites nostri, et quamplures alii fide digni. Datum Frankenuorde, Anno Domini millesimo Tricentesimo vicesimo primo, tercia feria post dominicam Letare.

Original im Stadtarchive Nr. 1. Sehr fehlerhaft in den Neuen Mitth. a. D. S. 6. u. 7.

IV. Vergleich zwischen Hermann von Molsbach und dem Magistrate zu Beeskow über das
Fließ zu Trebetsch, am 3. Mai 1324.

Wy herman von Molebach mit vnsern Sonen Heynriche, Hermanne, Otten, Mertine, Hannuse, petyre vnd Reynharde ton kunt — datz der Edele vorste, vnse here, hertzoge Rudolf von Sachsen, vns vmme daz vliezen czu Trebetsch mit den Erfamen luytyn,